



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Rosa In Hieme

Mertz, Martin

Antverpiæ, 1627

Capvt II. Exercitia tempore ægritudinis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42750

82 VITA WILHELMI ROTHENSIS
suo tantis desiderijs amato & quæsito, lampade pariter ac oleo instruetus, obuius procedere quantocyùs feliciter posset. Inde etiam sensim peius corpore habere, atque in lentam ægritudinem delabi cœpit. Quod cùm Rothum denuntiatum esset, Præsul impensè VVILHELMVM diligens, magnamque in eo spem positam habens, à studijs auocatum domum redire iussit; vt ibi ex morbo leuatus, feliciùs postmodum meliusque cœpta studia prosequi posset. Sed supremi in cælis terrisque Dictatoris nutu (qui famulo suo, ne temporis & hominum iniquitas ac malitia immutaret cor illius, tempus illud fatale & ultimum esse volebat) accidit, vt ægritudo semper in deteriorius laberetur, maioraque in dies augmēta caperet; & quamuis Medicorum consilia auxiliaque nequaquam deessent, nihil tamen obtineri potuit: frustrà nimirum humana, ad cursum diuini consilij super salute mortalium sistendum, adhibentur.

C A P V T I I .

Exercitia tempore ægritudinis.

QVAM VIS autem graibus premetur doloribus, & lenta tabe corpus affictum deperiret; nihil tamen ille de solito

lito vitæ feroore ac sedulo exercitiorum studio remisit. Ipso sanè fatalis morbi tempore, expansis in modum Crucis brachijs, diutissimè orans deprehensus fuit; & adeò quidem feruidè ac cum tanto deuotionis sensu, vt ad se ingressos ac propius astantes penitus non aduerteret, vti duobus præser-tim ex alio Cœnobio Rothum appulsis Fratribus, & ad eum inuisendum hypocau-stum in quo decumbebat ingressis, conti-git: quod postmodum aliis crebriùs de ipso narrarunt, in magnæ eius deuotionis & fer-uoris argumentum, Rosarij sphærulas pre-catorias semper manibus circumferebat; & quocumque ingredetur, vbi cumque cōmoraretur, Virgini immaculatæ Domi-næ suæ clementissimæ, cuius seruitio totum iam inde à puero se mancipauerat, rosas il-las Angelicæ Salutationis, cum intermedijs Orationis Dominicæ violis, ex intimo corde & inflammato pectore assiduus offerebat.

C A P V T I I I.

Patientia eius in morbo sufferendo.

IN omni VVILHELMI vita supra reli-quas virtutes vniuersas constans & ma-gnanimis Patientia facile semper præemi-nere visa fuit: circa graues tamen morbi

F 2 atflī-